

SUMMOS
 IN
 PHILOSOPHIA HONORES
 VIRO
 NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
GOTTLIEB. KEYSPLITZIO

A. D. XX. FEBR. A. R. S. M DCC XXI.

EX MERITO COLLATOS

GRATULATUR

F. A. J.

LIPSIÆ,

LITERIS IMMANUELIS TITII.



NOBILISSIME KEYSPLITZI,

SUMMUS

IN

PHILOSOPHIA HONORES

VIRI

NOBILISSIMO

GOTTLEB. KEYSPLITZIO

A. D. XX. FEBR. A. R.

EX MERITO


GRATULATIO



*It tandem voti mei compos factus sum, & quod diu optavi, nunc tandem feliciter evenit, ut nempe palam facerem ac quantum TIBI TVAEQUE gloriae faverem publice testarer. Scilicet cum ea sit amicorum conditio, ut nullare magis, quam felicitate atque fortuna amici afficiantur, tantum quoque abfuit, ut novus quem nunc adeptus es honor me non commoveret, ut potius pro summa in TE amicitia de
TVA*

*I*VA hac nova felicitatis accessione, summo gaudio delibutus exultarem. Certe quoad mibi *I*VA frui licuit amicitia, quae primo studiorum similitudine, ubi sub uno contubernio Musarum alumni eramus, inchoata ac formata fuit, postmodum autem voluntatum similitudine ac animorum coniunctione crevit, semper ego summum *I*VVM, quo bonas litteras complectebaris ardorem, cognovi taciteque eundem saepissime miratus sum. Hinc cum tanta diligentia, tanto sudore, tanto denique labore haud vulgarem adeptus sis scientiam, tam *I*VO, quam publico nomine ex merito gaudere poteris. Jam *I*VO ipsemet exemplo documento esse poteris, quam utile ac volupe sit honestatis studia ac virtutem masculine sectari, immo ipse iam senties virtutem suos cultores exantlatis duris & adversis laboribus tandem omnibus honorum generibus accessionibusque ornare atque condecorare. Romae quondam nemini in Honoris templum introitus patebat, nisi qui prius in Virtutis templo illustra virtutis ediderat documenta atque specimina: *I*V quoque, Amicorum optime, cum lucusque omni cum laude in virtutis templo versatus ibique strenue semper

per virtutem amplexus sis, ad dignos nunc grassari poteris honores. Non TIBI ad Honoris templum via iam est preclusa, sed patet, eandemq; iam TIBI praeparat & aperit Amplissimus Sapientum Ordo, cum hoc tempore pro summa diligentia atque industria summos TIBI in Philosophia honores ex merito decernat. Hinc ego summo iure de T V A hac quam adeptus es praeclara sane atque opima felicitate gaudeo atque ex animo laetor, aliorumque piis votis ac plausibus, meas quoque pias adiungo congratulationes. I ergo felici pede & capesse has honorum primitias quam auspiciousime! Faxit summum Numen, cui T V A pietas Musaque cordi est, ut hic novus quem nactus es honor uberioris insecuturæ omnigenæ fortunæ felicissimum sit initium auspiciūque. Ita T V A M semper conspicuam virtutem uberrimus fructus maiorque insequetur honos. Quod reliquum est, ut hoc amicae meae mentis pignus aequi bonique consulere meque in posterum quoque T V O amore dignari velis, est quod obnixè rogo. Vale.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017






NOBILISSIME KEYSLITZII

SUMMOS
IN
PHILOSOPHIA HONORES
VIRO

MO ATOVE DOCTISSIMO
EB. KEYSLITZIO

FEBR. A. R. S. M DCC XXI.
ERITO COLLATOS
GRATULATUR
F. A. J.

LIPSIÆ,
RIS IMMANUELIS TITL.



23.

Ak